

& VIII. *fiarum dominatum sibi arroganti, responderint.*
 in hunc modum: Potentiam tuam summam
 Ioan. Mandevilla lib. erga tuos subditos firmiter credimus:
 1. c. 17. Superbiam tuam summam tolerare non
 possumus: Avaritiam tuam satiare non
 valemus: Diabolus tecum, quoniam Do-
 minus nobiscum.

66. *Sic cum in Concilio Lateranensi, Græco-
 rum legati in quædam Pontificie religionis ca-
 pita consensissent: adeò hoc factum Ecclesiis Ori-
 entalibus displicuit, ut partim exilio: partim
 Excommunicationis fulmine, huiusce criminis pœ-
 nam luere illi suerint coacti.*

67. *Iam si provinciarum amplitudine, & re-
 gnorum aut hominum numero Catholice Eccle-
 siæ Essentia esset in da: longè profectò
 rectius Orientali ecclesiæ quàm Occidentali
 sive Pontificie dignitas isthæc conveniret: siqui-
 dem historiographis fide dignis attestanti-
 bus, duplò aut etiam triplò hanc iua regnorum
 & hominum numero superat.*

68. *Porro unitatis Ecclesiæ laudem minimè
 infringunt dissensiones sive schismata, iis de re-
 bus mota, quæ ipsum fundamentum fidei non con-
 cernunt, Spiritusq; vinculum non dissolvunt.*

69. *Exemplo esse potest Ecclesia Corinthiaca,
 in qua varia schismata fuisse excitata, testis est
 Apostolus 1. Cor. 11. 18.*

Quod